Pluuia	mattir	lux	darv	dies	nahar
Flox	layl	tenebꝛe	dalme	aer	ſoheb
Poꝛta	bab	coquina	madbach	camera	menſel
Infirmaria	mariſtan	caputium	cobet	pileus	ſtabꝛim
Tunica	taub	camiſia	camiſ	cingulum	zennar
Caliga	choff	calcius	ſerbul	pallium	goffara
Frigus	barth	caloꝛ	harr	terra	ard
Mons	czebeb	vallis	ꝛvodin	ager	achlin
Oꝛtus	beſta	arboꝛ	ſegara	herba	haſiſ
Urtica	carren	ſpina	ſchocke	camelus	ſzijmel
Equus	faras	fur	herami	nequam	ſarrir
Peccatoꝛ	cathij	meum	lij	tuum	lack
Uos	endom	ille	hadack	ego	ena
Ita	ij vel eij	non	la	hodie	ylleom
Cras	gadda	cras	buckara	plane	ſꝛvoij
Suum	lu	meus	methaij	ferrum	hadid
Lignum	vd	lapis	haſar	ignis	lumen
Unum	ꝛvoheijt	duo	etneyn	tres	telate
Quattuoꝛ	arba	quinqꝫ	campſ	ſex	ſythij
Septem	ſada	octo	themani	nouem	tyſza
Decem	eyſchara	vndecim	ꝛvobeyttaſch	duodecim	tamentaſch
tredecim	telataſch	quattuoꝛdecim	arbataſch	quindecim	campſtaſch
Sedecim	ſijththaſch	decem et ſeptē	ſabataſch	decē et octo	themantaſch
Decē et nouē	tijſtaſeh	viginti	aſcharin	vigintivnū	ꝛvobeyttaſcharin
Uigintiduo	etneyntaſcharin		vigintitres	telatetaſcharin	
Uigintiqttuoꝛ	arbataſcharin		vigintiquinqꝫ	campſtaſcharin	
Uigintiſex	ſijttaſcharin		vigintiſeptem	ſabataſcharin	
Uigintiocto	tementaſcharin		vigintinouem	teſzataſcharin	
Triginta	talatin				

In ſequentes hiſtoꝛias pꝛefatiuncula incipit feliciter.

Uobus explicitis atqꝫ abſolutis itinerarijs noſtris diuo munere. haud incōgruum reoꝛ. quedā adiecta facere. que pꝛecipue generoſoꝛum atqꝫ nobiliū animos magis oblectēt. quibus potiſſimū hoc in opere moꝛem geſſi talia ſcribendo. que eis lectu ſcituqꝫ haud inutilia ſed neqꝫ faſtidioſa foꝛent. Uerum vti in pꝛimoꝛdio huius libelli cōmemoꝛatum fuit. optarem vehemēter pꝛeter eum quē mihi pꝛeſtituerā finem pꝛincipalē. etiam hunc nihilominus meo laboꝛi accedere fructum. vti ex his que narrauimus. deuotoꝛū chꝛiſticolarum animi et pectoꝛa. magis magiſqꝫ in dies in perfidiſſimos et truculentiſſimos chꝛiſtiani nominis et ſanguinis hoſtes turcos vicꝫ et ſarracenos. zelo bono cōcitarentur roboꝛarent accenderent. ad exterminandū eos de finibus ſuis vel ſaltem ad reſiſtendū eiſdem dum noſtros occupare fines. depopulari et deuaſtare tentant audentqꝫ ꝙꝫ libere. quippe nemine ex aduerſo repugnante. in perniciē nō modo totius reipublice chꝛiſtiane: ſed ⁊ pudoꝛē maximū. Ad huius inſtituti ꝓpoſitum nō nihil cōduceret ſi sereniſſimi et illuſtriſſimi pꝛincipes generoſi ſtrennui et nobiles viri. immo vniuerſi chꝛiſtifideles crebꝛo reuoluerēt. relegerentqꝫ vel ſaltem nouiſſima damna et exterminia plurima que perfidi a paucis emenſis annis immo noſtris ferme tempoꝛibꝰ eccleſie intulerūt. et quāqꝫ ea pene innumera ſint neqꝫ paucis emetiri neqꝫ eſſe abſcōdita alicui vel parū annoſo poſſint. tm̄ quo intimius oꝛthodoxoꝛum coꝛdibꝰ impꝛimant. paucula ex plurimis. et ex pauloante geſtis hmōi malis nobis illatis excerpta. his inſerenda non ab re putaui. pꝛeſertim ꝙ in ſuperioꝛibus etiam de aliquibꝰ hmōi mentio habita eſt. Igit de Cōſtantinopolis ⁊ Nigroponti in pꝛimis

expugnatione breuiſſime. poſtac de Rhodie vrbis obſidione latius. Ac demum idrun-
ti captione ſub cōpendio agam.

De Conſtantinopolitane vrbis expugnatione.

Ano domini Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſecundo. ciuitas
Cōſtantinopolitana cum eſſet obſeſſa a turcis. miſerūt greci oratores ad ſum
mum pontificem Nicolaum quintū. implorantes auxiliū gentium et pecu-
niarum. quos nō exaudiuit Nicolaus. indignū ducens italiam exhauſtā pe-
cunijs ꝓpter expenſas guerrarū. grauare nouis exactionibꝰ. permaxime cum ſciret gre-
cos ſe ſuis pecunijs poſſe iuuare ſi exponere vellent conducendo gentes. Sed nudati
omni amore reipublice et tantū priuate rei ſue cōſeruande intenti. in hoc inciderunt iu-
dicium. vt dicti et capta ciuitate ſerui effecti. res priuatas ſuas et publicas perdiderunt.
Et ꝙ habuiſſent: ſi voluiſſent expendere patuit. quia magne diuitie et theſauri multi re-
perti ſunt apud plures ꝑſonas etiam mulieres. ſed cupiditas excecauit eos. De ipa aūt
captione dicte ciuitatis per turcos. Reuerendiſſimus pater ⁊ dn̄s cardinalis ruthenus
epiſcopus Sabinenſis. grecus. noīe Iſidorus. qui tunc erat ibi legatus pape ſic ſcribit
qui p̄ſens fuit. ſed manus illorum euaſit ne occideretur vel caperetur. quia ingreſſis in
ciuitatē turcis. habitū dimiſit et apparatū cardinalatus et veſtibus vilibus indutus in-
ter fugientes e ciuitate ſe immiſcuit incognitꝰ. et inde ad Peram ciuitatē nō longe a Cō
ſtantinopoli diſtantem ſe duci per mare ꝓcurauit. Audite hec inquit in principio ſuarū
litterarū. Audite oēs gentes auribus ꝑcipite qui habitatis orbem. Audite hec omnia
qui fidelē orbis partē colitis. Miniſtri. paſtores. et principes omniū eccleſiarū chriſti.
vniuerſi q̄ȝ reges et princinpes chriſtole. ac vniuerſus dn̄i populus cum religioſis cun
ctis. Audite et notum ſit vobis. ꝙ p̄curſor veri antichriſti teucrorum princeps et dn̄s.
ſeruus autē tot dominorū quot viciorū. cuius nomen eſt Mahumet inimicus crucis
chriſti. Heres rei et nominis illius primi pſeudo ꝓphete et latoris legis ſpurciſſime a-
garenorum. filius ſathane omniū flagicioſiſſimus. qui furijs infectus et inſania. ſangui
nem chriſtianoꝝ ſine intermiſſione ſitit. nec extingui valet eius ſitis poſt eorū innume-
ras cedes. Tantoq̧ odio cōtra chriſtum et membra eius mouetur. vt eradere nomē eiꝰ
de terra nitatur. Et inſpecto aliquo chriſtiano ſibi obuianti ſe inde exiſtimet ſordidatū
vt oculos abluat et os. immundū ſe profitens prius. Hoc igitur tam terribile et horri-
dum monſtrum. exigentibꝰ demeritis chriſtianoꝝ. iuſto dei iudicio. in eos ſeuire et craſ
ſari permiſſus. ciuitatē imperialē nouam rhomā. olim feliciſſimā nunc miſerrimā et o-
mni calamitate oppreſſam. Cōſtantinopolim diu obſeſſam cepit. expugnauit. ſpoliauit
omnibꝰ bonis et pene deleuit. Quis autē (vt verbis vtar ꝓphete) dabit capiti meo aquā
et oculis meis fontē lachrymarū. vt plorare valeā die ac nocte interfectos populis illiꝰ
et ſceleſtiſſima ſacrilegia in ea captura ꝑpetrata. Quis huius horribilitatis memor nō
obſtupeſcat. nō litargicus fiat. nō pre dolore obmuteſcat. Nec tn̄ cuncta enormia expli
cabo. ne pie aures audire refugiant ſed ex pauciſſimis relatis cogitent alia. Hic nephā-
dus. nominibus blaſphemie plenus. ciuitate recepta poſt decapitationē imperatoris.
cum omni ſua ꝓgenie et nobilitate. plurimos ferreis manicis et cōpedibus alligatos. ac
collis eorum funibus cinctis. extra vrbem deduxit. nobiles plebeios. monachos ⁊ mo
nachas. mares et feminas. virtute et cōditione p̄claros. vituperabiliter detractos. mul-
tis iniurijs refertas vt meretriculas et in lupanari ꝓſtitutas trahebant. tanta et talia cō-
tra eos agebāt. quanta de brutis animalibus et qualia ſine rubore fari minime q̇s vale
at. Adoleſcentulos vtriuſq̧ ſexus a parentibus ſegregabant et diuiſim de eis precio ne
gociabantur. Infantes corā genitoribus ſuis vt agniculos mactabant. Matres filijs
et geniti genitricibus priuabantur. Germani a fratribus. vxores a viris. nurus a ſocru-
bus. lugentibꝰ et vlulantibꝰ ſegregabant. diſiuncti ꝯſanguinij et amici. in diuerſis regio
nibus ſerui venditi ducebant. O q̄ȝ amare lachryme. quāta ſuſpiria. quot clamoſi ſin-
gultus inter amicos et notos. que miſerabiles voces emittebant inter tantas cedes. ſer-